



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

38 Statue seruo tuo eloquium tuu[m]: in timore tuo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

Statue seruo tuo eloquium tuum,  
in timore tuo.

Per eloquium, tum legem, tum promis- **Timor ea-**  
siones Dei possimus explicare: & utrū- **stus basis**  
que seruus Dei petit in timore casto in se **quædam**  
statui, atque firmari. Nam sine timore e- **diuinæ**  
iusmodi lex diuina in humano corde con- **verbii.**  
sistere, firmarique non potest. Basis quæ-  
dam verbi (ait Ambrosius) est timor san-  
ctus. Sicut enim simulacrum aliquod in  
basi statuitur, & tunc maiorem habet gra-  
tiam, cum in basi statua fuerit collocata,  
standique accipit firmitatem, ita verbum  
Dei, vel rationabile Dei, in timore sancto  
melius statuitur, fortius radicatur, hoc est,  
in pectore timentis Dominum. Nec im-  
merito hoc sanctus Pater certus asserit, **Eccl. L.**  
cum Scriptura dicat. Timor Domini  
scientiae religiositas: religiositas custodiet,  
se in sanctificabit cor. & item. Radix sapientiae  
est timore Dominum. Et item. In thesau-  
ris sapientiae significatio disciplinæ: &  
multa huiusmodi, quæ toto illo primo  
capite continentur.

Deinde promissiones etiam Dei in ti-  
more firmantur. Timentibus enim mise- **Timore**  
cordia exhibetur: & qui casto timore **sæculo Dei**  
caret, facile labitur: qui autem timori in- **promis-**  
titur, firmas Dei promissiones facit. Nō **fiones fir-**  
mantur.  
enim est in illo Est, & non; sed Est in illo  
Est. Propterea & idem Sapiens. Oculi **Eccl. 34.**  
**Do-**

358 MEDITATIONES

Domini, inquit, super timentes eum, protector potenter, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecatione offendit, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Vides quales promissiones, & quam firmæ sint, si super timorem Domini innitantur. Perpende singula: nam ingentem sanctæ consolationis thesaurum continent. Ipse Dominus ijs, quos castus timor subiecit, est protector potenter, id est, potentissimus.

*Quid Deo excelsius, quid potentius?* Est firmamentum, & basis virtutis: unde ergo timeat ruinam, qui illi innitatur? Est tegimen ardoris, in astu concupiscentiarum obumbrans. Umbraculum meridiani, in maiori persecutionū feruore protegens. Deprecatio offendit, quia præoccupat ne offendas: & sicubi, ut fragilis offendas, offendam facilis dicit. Est adiutorium casus, quia manu apprehensa labi non sinit, & supponit labenti manum suam, ne collidatur, & erigit. Exaltat autem animam, ab omni humilitate terrena ad cœlestia prouochens. Illuminat oculos, ne ante occulti hostis insidias sollicitudinis nostræ aspectus vigilans dormiat. Dat sanitatem, & ægra sanans, & infirma robors. Dat vitam, spiritu suo vivificando, & ab interitu iugiter redimendo. Dat denique bona omnia, benedictionem copio-

*psal. 36.*

*psal. 12.*

*eccl. 4 ♂  
15.*

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

IN PSAL. CXVIII. 359

missimè super illum thesaurizando. Quam  
felix igitur, qui in timore sancto legis cu-  
stodiam superedificat, vel potius, in quo  
ipsa sibi ædificat Sapientia? Quam felix  
item, qui per timorem Domini insigne  
sancti Spiritus donum, promissiones eius  
firmas munit, ac roborat?

¶ Amputa opprobrium meum, quod  
suspicatus sum; quia iudicia tua  
iucunda.

Amputa, vel aufer opprobrium, quod Peccata  
suspicatus sum, id est, quod timui: & opprobriū  
aufer delendo iniurias, & peccata, qui- maximū  
bus nil turpius, nihil foedius. Nam in Deū  
deliquisse; eiusque legem, ac dilectio-  
nem violasse opprobrium est, cui nullum  
aquale esse potest. Et quidem spero me  
in tua largitate, indulgentiam consequi-  
sum, sed suspicatus sum, id est, non sine  
timidine recordor: cum scriptum sit.  
De propitiatio peccato noli esse sine me. *Ecccl. 9.*  
Et item. Nihil mihi conscientia sum, *Ecccl. 5.*  
sed non in hoc iustificatus sum. Nescit  
suppe homo utrum amore dignus sit, vel *I. Cor. 4.*  
Item. Dele & opprobrium, quod inde sc-  
cum est. Quia infirmitas, cæcitas, ad ma- pro-  
prium proclivitas, difficultas ad bona, quo- depraua-  
ti lapsus quanquam leues, magnum *tio natu-*  
*ræ.* pro-  
probrium sunt. Interdum & vehe-  
mentius pulsant tentationum procellæ:

&c